

INDEX PRIMI, ET SECVNDI TOMI CONCLVSIONVM LEGALIVM.

QVÆ INGENIOSE DELIBATÆ FVERVNT EX FLORIBVS Decisionum Rotalium totius Urbis, & praecipuè Romanæ Rotæ, quæ, aut typis impressę, aut manuscriptę leguntur.

IN QVIBVS RERVM DIFFINITIONES, OMNIAQ; NECESSARIA ad materiam Iudiciorum Ciuilium, & Criminalium, necnon ad Decisionem beneficialium, & spiritualium causarum, varijs, verisq; rationibus enucleantur, ibiq; dogmata Theoricę, ac modernæ praxis, & rituum quorumcumq; Tribunalium Italiæ, & extra, facillimè congeruntur.

Præterea de differentijs inter vtrumq; Forum ad partes disputatur, eademq; præclaris dictis sacrarum, ac humanarum litterarum studiosè illustrantur.


Opus alphabetico ordine dispositum, cunctisq; virtutum professoribus perutile, ac necessarium.

A V C T O R E

LAVRENTIO VRSELLIO FOROLIVIENSI I.V.D.

CVM PRIVILEGIO.

Conv. S. M. de Sala...



ROMÆ,
Ex Typographia Io: Baptistæ Robletti MDCXXXVII.

Superiorum permissu.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. M. S. Palatij.

A. Torniellus Vicesgerens.

EGo Yuo Gattula Rom. I. V. D. & in almo Vrbis Gymnasio Legum interpres in ordinarijs primarius matutinus ex auctoritate Reuerendiss. Sacri Apost. Palatij Magistri Tertium Volumen, quod Repertorium nuncupant duorum priorum inscriptorum EXAMEN APVM, SIVE CONCLVSIONVM LEGALIVM, Auctore Consultissimo viro D. LAVRENTIO VRSELLIO nobili Foroliuiensi, legi, & consideraui, nihilq; in eo, quod oecumenicæ, & orthodoxæ Fidei sit contrarium, bonisq; moribus repugnet comperi, quapropter ipsum ad publicam veritatem imprimendum, & in vulgus dandum censeo. Romæ, 4. Id Februarij M. DC. XXXVII.

Ego Idem Yuo Gattula.

Imprimatur

Fr. Hyacintus Lupus Mag. & Soc. Reuerendiss. P. M. Sac. Palatij Apost. Ord. Prædic.

INDEX ALPHABETICVS CONCLVSIONVM ET MATERIARVM



Primi, & Secundi Tomi Laurentij Vrselij, locupletissimus, & in pluribus verbis ad faciliorem Studentium adinuentionem miro, atque elaborato ordine ab eodem Auctore accommodatus.



A de

Index Concluſionum,

tamen

ire non tenentur,nisi adesset consuetudo in contrarium, vel haberent Cappellas, & Ecclesias Parrochiales cum cura animarum, & eorum Monasterio annexas. concl.1.n.104. & ibi assignatur ratio.

Et etiam exempti ligantur Statutis, & Ordinationibus Oecumenicæ Synodi. concl. 1.n.104.

Abbates, & Prælati inferiores in Prouinciali Synodo habent votum decisiuum, illorum verò Procuratores consultiuum tantum. conclus. 1. n.105.

Exempti in Synodis Prouincialibus, & Diœcesanis vtuntur mitris aurifrigiatis, laminas tamen aureas,vel argenteas non habentibus. concl.1. n.5.& 105.

Fallit tamen duobus modis, ibidem.

Abbates,& alij Prælati,vt sciant quando Concilijs interuenire debeant,sunt citandi.concl.1.n.106. & ibi datur forma citationis.

Et isti,& cæteri Prælati inferiores possunt abesse ab eorum Ecclesijs, per spatium duorum, vel trium mensium continuorum, vel interpollatorum,recreationis gratia, & ex iusta causa; si tamen id fiat sine detrimento Gregis sibi commissi.concl.1.n.107.

Et Territorium cum iurisdictione Episcopali habentes, si vltra prædictum casum non resideant, incurrunt easdem pœnas, quas Episcopi non residentes.concl.1.n.108.

Et illi, & Prælati Regulares habentes Curam animarum, per ipsosmet administrandarum; si nō resideant dictas pœnas incurrunt, de quibus supra.concl.1.n.108.

Fallit si adesset iusta, rationabilis, & necessaria causa. concl.1.n.109.

Et quæ causæ à residentia excusent,vide ibidem.

Abbas transiens per loca extra suam Iurisdictionem rogatus à deuotis personis, potest illas licitè benedicere; absque tamen solemnitate, & sine animo exercendi iurisdictionem, concl. 1. n.110.

Potest benedictione Pontificali in aliena Ecclesia vti, si licentiam celebrandi in ea haberet; aliàs secus, concl.1.n.111.

Et inuitatus ad celebrandum in aliorum Ecclesijs,potest in illis liberè Pontificaria exercere,& Ordines minores conferre,concl.1.n.112.

Potest per declinatoriam fori, ab Ordinariorum molestijs sua iura tueri,concl.1.n.113.

Et quomodo in ipsorum iurium exhibitione se gerere debeat,vide ibidem remissiuè.

Contrarium habetur n.114.

Concorda,vt ibi n.115.

Abbates de iure communi à lege Episcopali Diœcesana sunt exempti;à lege autem Iurisdictionis non; nisi aliquando per priuilegia, conclus. 1. n.113.

Et Regulares habent Iurisdictionem quasi Episcopalem,concl.1.n.115.

Et quando Regulares Inferiores, aut ad vitam, aut ad certum tempus creantur, non possunt intra illud, absque iusta causa, à suis Superioribus deponi,concl.1.n.116.

Abbas potest deponi si sit incontinens, bonorum dilapidator, in administratione negligens, prævaricator suæ Regulæ, vel adesset vrgens ratio maioris boni communis,concl.1.n.116.

Sed antequam deponatur,tunc illi debet legitima defensio concedi, concl.1.n.117.

Potest cogi ad renunciandum officium ex pluribus causis, constito tamen de illis, concl. 1. num.118.

Causæ autem sunt istæ;nempe conscientia criminis,senectus,corporis infirmitas,defectus scientiæ,graue scandalum, impedimentum corporis, & irregularitas,vt ibidem.

Debet habere scientiam saltem competentem, concl.1.n.118.

Quando renunciat, debet facere renunciationem in manibus Generalis, vel alterius superioris,si loquamur de Abbatibus, & Prælatis electiuis;secus si de illis,quæ à Papa conferuntur; quia illæ in manibus illius sunt resignandæ, aliàs renunciatio alio modo facta non valet, concl.1.n.119.

Depositus ab Abbatia vti culpabilis, remanet Monachus illius Monasterij, in quo fuit depositus,concl.1.n.120.

Quando deponitur ab Abbatia, tunc culpabilis præsumitur,ibidem.

Qui sponte suo muneri cessit, vel ab eo sine culpa sua fuit depositus, tunc habet primum locum post Abbatem in Choro, & in Conuentu,concl.1.n.120.

Abbates Generales non coguntur residere in in particulari loco suæ Religionis; sed ibi residere debent,vbi eorum præsentia erit magis vtilis,& proficua, concl.1. nu.n.121. & concl.2. num.41.

Extende,vt ibi sub n.121.

Abbates, & cæteri Prælati non possunt etiam ad instantiam Regum,& Principum egredi limites suæ Religionis, & ad remotas partes se conferre, ac abesse, vltra tres menses, sine licentia Summi Pontificis, concl.1.n.121.

Abbas potest Pontificalibus vti, necnon populo benedictionem conferre in ijs locis, qui eidem pleno iure sint subiecti; secus autem in non subiectis;nisi ex particulari priuilegio illud ei fuerit concessum, concl.1.n.122.

Et illius benedictio,ad hoc,vt sit valida debet fieri in diebus festiuis super populo,dum solemnia celebrantur,concl.1.n.123.

Secus autem si daretur alibi; nempe publicè per vias, aut ciuitates, castella, siue villas; quia eam tali modo Abbas dare non potest,concl.1. n.123.

Et licèt Mitra, & Baculo vtatur; necnon faciat omnia ad spiritualem Iurisdictionem concernētia; nihilominus non potest impedire Episcopū quin temporalem, & contentiosam iurisdictionem exerceat,veluti in causis matrimonialibus, criminalibus, cum similibus; & propterea hinc fit,quòd ille manuteneri debet in earum cognitione; nisi per tres conformes contrarium probetur,concl.1.n.124.& ibi ratio assignatur.

Index Conclusionum,

Fallit

tate denunciandi compliccm hæresis. vide concl.1.n.69.

Et in foro exteriori à censuris datur sub certis ceremoniis, & primo excommunicatus iurat seruare mandata Ecclesiæ, quæ sibi fient. secundò, quod parti satisfaciet, si debitum aut contumacia est manifesta. tertiò absolutio datur, cum recitatione Psalmi Miserere, cum percussione super humeros, virga, fune, aut flagellis, cum certis versibus, & orationibus. concl. 10. n.97.

Extende, quòd si Iudex eam formam non seruet, sed solù verbo absolueret peccaret, sed venialiter, remoto tamen contemptu, & scandalo, licèt tunc absolutio valeret, concl.10.n.98.

Absolutionem petens ab excommunicatione in libello, an ipsam excommunicationem probet vide concl.165.n.755. & seqq.

Absolutio illius, qui offendit Clericum, quando sit danda ab Episcopo, siue à Papa. vide in concl. 10. n.100. cum seqq.

Absolutus ab excommunicatione ordines, & beneficia recipere potest, si nullā irregularitatem contraxit, concl.124. sub n.27.

ABSOLVTIO à Iuramento super aliquo cõtractu præstito, in primis, & ante omnia est obtinenda ab eo, qui contra contractum Iuratum venire intendat; aliàs vti periurus à limine Iudicij expelli posset, concl. 11. n.1.

Et ea est obtinenda, etiam si quis enormem, seù enormissimam læsionem allegaret, nisi tamen de ea, per tres sententias conformes absque partis oppositione de periurio; constaret, concl.11. n.2. & ibi ratio assignatur.

Absolutio à Iuramento, an sit petenda, quando quis petit reductionem ad arbitrium boni viri si in laudo Iuramentum interuenit. vide concl.128.n.89. & concl. 133 n. 31.cum seqq.

Absolutio non est petenda, quãdo læsio enormissima fuisset detecta, concl.11. n.2. & 3. & ibi ratio assignatur.

Sed antequam de læsione cõstet, exceptio periurij agere volenti obstat, concl. 11. n. 40.

Absolutio à Iuramento est obtinenda ab eo, qui vult venire contra sententiam, siue alium iniustũ contractum; aliàs exceptio periurij obstaret, concl.11.n.5.

Absolutio à Iuramento ad effectum agendi donec de læsione, vel alia iusta causa doceatur illius vires non eneruat, concl.11. sub. n.4.

Est petenda ab eo, qui velit actui iurato contrauenire, & illud Iuramentum esset à statuto reprobatum, vt si contractus sine certis solemnitatibus fuisset celebratus, concl.11.n.6.

Est obtinenda ab eo, qui allegaret defectum consensus ex capite erroris, concl.11. n.7.

Est obtinenda ab eo, qui dolo aduersarij se fuisse deceptum alleget, quia dolus, nisi sit detectus per sententiam, absolutio prædicta erit necessaria. concl.11.n.8. & ibi ratio assignatur.

Peti debet ab omnibus, & sic à minore, & muliere, etiam si allegarent solemnitates statuti in contractu fuisse omissas, concl.11.n.9.

Contrarium, ibi n.10

Concorda ibidem.

Est obtinenda ab eo, qui contractus simulationem allegat, cum ea exceptio aduersus instrumentum iuratum non obstet, nisi prius de ea obtenta sit absolutio, concl.11.n.11.

Etiam ab assertorio, & promissorio debet peti à muliere, nec ei est deneganda; etiam si mendacia, & falsa iurauerit, concl. 11. num.12.

Et est necessaria etiam si ille, qui iurauit in Iudicio manutentionis agat, concl.11 n.13.

Item est obtinenda ab eo, qui sit obligatus in forma Cameræ sine Iuramento, cum illud virtualiter in ventre habeat dicta obligatio, concl.11.n.14.

Extende, vt ibid. num.14.

Item venit obtinenda ab Vniuersitate, & Collegio, quod tamen declara verùm, quando illi, qui iurarunt essent viui; at secus si essent mortui, & ratio est, quia facultas talis ad successores non transit, concl.11.n.15.

Sed non esset necessaria, quando periculum esset in mora, siue, quando necessitas immineret; quia tunc quis posset propria auctoritate, absq; alia absolutione contra iuramentum venire, concl.11.n.16.

Neque est petenda, quando Iudicis copia haberi non posset, concl.11.n.16.

Item non est necessaria, quando illud fuit præstitum sub tacita conditione, quæ postea non fuit verificata, concl.11.n.17.

Non requiritur in dependentibus à mera voluntate Iurantis, quia tunc ille suo Iuramento contrauenire potest; licèt tamen periurus efficiatur, conl. 11. n.18.

Non est petenda, quando actus ex implemento non secuto impugnaretur, concl.11.n.19.

Absolutionem à Iuramento non petere promittens, eam amplius consequi non valebit, concl. 11.n.20.

Cõtrariũ seruatur in Curia de stylo, cõcl.11 n.21

Concorda, vt ibi n.22.

Prima opinio magis placet auctori ibidem n.21.

Rursus concorda, vt ibi n.23.

Absolutio simplex à Iuramento non sufficit, quando adsunt plura Iuramenta; sed tot requiruntur absolutiones, quot sunt obstacula, & sic specifica absolutio ab omnibus erit petenda, concl.11.n.24.

Et quando petitur ab incurso periurio, tunc est necessaria partis citatio, concl.11. n.25.

Non conceditur in Curia Ecclesiastica Neapolitana, nisi ad minus viginti dies solutionis supersint, & si per inaduertentiam dicta absolutio conceedatur, suum effectum non operatur, concl 11.n.25.

Et impetrata à Iuramento post lapsum termini impetranti non suffragatur, concl. 11.num.25.

Absolutiones tot requiruntur specificè, quot sunt Iuramẽta, adeò, vt neque per relationẽ ad Instrumenta petitio sufficeret, & ratio est, quia ex fine vnius absolutionis oritur origo petitionis alterius, concl.11.n. 28.

Ab-

Fallit

non

De-

Ac-

for-

Ex

AC-

Sed

Secus

&

se

Factus

pro-

ius

Et

Fallit

Ecclesiastica, sed quando est talis, tunc vacat per contractum matrimonij, conclus. 56. num. 158. cum seqq.

Extende, quòd licet etiam esset laycalis, si tamen alicui fuerit data in titulum, tunc in coniugatum non cadit, ibi n. 159.

Administrator soluens aliquam pecuniarum summam, semper præsumitur facta solutio de pecunijs principalis debitoris, non autem de proprijs administrantis, concl. 56. n. 160.

Et id fit in fauorem, & non in odium administratoris, ne in dubio censeatur de proprio donasse, dotasse, & promisisse, ibi n. 161.

Declara tamen id non semper esse verum, quia aliquando de proprio expendisse præsumitur, vt ibi num. 162.

Extende primo idem esse in administratore in iudicio comparente, qui semper præsumitur, vti administrator, & non proprio nomine comparere, ibi n. 163.

Subextende procedere, etiam si non diceret, se nomine administratorio comparere, quia id iuris præsumptione venit intelligendum, ibi num. 164.

Extende secundò quoque procedere, quando essemus in negotiorum administratore, qui præstiterit alimenta ei, cuius negotia gessit, quia licèt sit sanguine coniunctus; nihilominus in dubio illi censetur non de suo, sed de bonis eius, cuius negotia gerit ea alimenta præstasse, ibi n. 165.

Sed si vis cognoscere, quando quis tutorio nomine, siue potius proprio agat, obserua modum, & formam administrationis bonorum, ex quibus id facillimè inuenire poteris, vt ibi num. 166.

Sed in omnem euentum, si quis agat cum administratore, tunc agens debent agere tàm proprio nomine, quàm etiam administratorio, aliàs stultus esset, qui contrarium faceret, ibi num. 161.

Declara tamen ea, quæ fuerunt dicta de tutore, vel administratore, non procedere in hærede grauato, qui regulariter de proprio expendisse præsumitur, ibi n. 168.

Subdeclara tamen illud esse verum, quando ille inuentarium confecerit, si tamen illud, per testatorem non fuerit remissum, & ratio quare in administratore præsumatur impensum de fructibus Domini, in hærede autem de proprio, ea est, quia administrator non est Dominus fructuum, vt est hæres grauatus sub conditione, ibi n. 168.

Administratio bonorum, quando tutori est data, tunc pupillo competit remedium reintegrandæ. quod procedit, etiam si in illius datione authoritas Iudicis interuenisset; quia Iudicis authoritas non est necessaria ad transferendam possessionem, concl. 56. n. 19.

Fallit tamen, quando non constaret de decreta administratione, quia tunc remedium illud ei competeret, ibi n. 170.

Administrator præstans alimenta ei, cuius bona administrat, non censetur ea donare, licèt sit sanguine coniunctus, concl. 89. n. 242. & vide latius in verbo Alimenta.

Sed si retineat bona administrata non poterit conueniri spolio, nec minus illius heres, nisi prius ratione reddita, & solidatis computis ad hoc, vt appareat, quis sit debitor, vel creditor, concl. 56. n. 171.

Declara id procedere, quando ageretur via executiua, & de pecunia; at secus si ageretur via Ordinaria, & de bonis per administratorē inuentariatis, & de alijs, quę non recipiunt functionem in genere suo, ibi n. 171.

Fallit etiam in casu, de quo dixi in conclus. 78. num. 51.

Extende conclusionem eò magis procedere, quando essemus in cohærede, contra quem remedium spolij non competit, sed illud familiæ erciscundæ pro habenda diuisione ibidem.

Administrator non potest reportare cessionem contra minorem, veluti potest pater contra filium, concl. 86. sub num. 78. & ibi ratio assignatur.

Admistrationes Cappellaniarum dicuntur quædam onera principaliter consistentia in faciendo celebrare missas, ex redditibus relictis à testatoribus, & quod ex illis superest in vtilitatem administratorum conuerti solet, concl. 56. num. 172.

Et propterea per huiusmodi administrationes Cappellaniarum non soluuntur annatæ, & sic regula de valore huiusmodi administrationes non compræhendit, quia ea solùm loquitur de beneficijs Ecclesiasticis, & sic ea, vti odiosa, & exorbitans, & solùm propter annatas inuenta ad huiusmodi administrationes non extenditur, ibi n. 173.

Contrarium, licèt videatur sentire Rebuff. ibi num. 174.

Sed ibidem Concordantiam habebis.

Administrationis deputatio, quando est facta ab aliquo, tūc ex huiusmodi deputatione arguitur bona spectare ad deputantem, concl. 56. n. 175.

Extende idem procedere in redditione computorum, ex qua arguitur Dominium ex parte illius, cui computa redduntur, ibi n. 176.

Administrator tenetur libros redditionis administrationis exhibere, & edere; Edere autem nihil aliud est, quàm Codices ostendere, & copiam describendi facere, concl. 56. n. 177.

Declara tribus modis, vt ibi num. 178. cum seqq.

Amplia dictam tertiam declarationem duobus modis, ibi n. 181. & 182.

Fallit pluribus modis, vt ibi n. 183. cum seqq.

Concorda prædictas opiniones, vt ibi nu. 186.

Rursus concorda, vt ibi n. 187.

Animaduertendo tamen, quòd existentia librorum probari debet ante motam litem, veluti tunc temporis debet apparere de interesse petentis, quibus enim probatis, tunc Iudex ad Librorum exhibitionem cogere debet, ibi num. 189. & seqq.

Ad-

Et

Ex-

Clientem adiuuare, quod est contra naturam Secreti, ibi in dicto nu. 78.

Et defendens causam minus iustam contra reum, & causa sit, vel mortis, vel sanguinis, seu famæ, vel bonorum, in quorum possessione Aduersarius existat, id esset ingens scelus, & peccatum, quia ille operatur Aduersarium iniustè vita, honore, seu fama, vel sua bonorum possessione priuari, conclus. 60. numer. 79.

Secus verò, quando defenderet in eisdem terminis minus iustam causam, sed rei contra actorem, quia tunc peccatum non esset; nam pium est reum (si tamen ille non sit perniciosus) à morte defendere, etiam cum minori iustitia, veluti dicitur etiam in alijs causis minoris momenti, in quibus Aduocatus defendendo reum non peccat, licèt Nauarr. dicat probabilius esse illum in dictis causis modici momenti peccatum committere, vt ibi sub eodem nu. 79.

Et quando defendit causam minus iustam, ad restitutionem damni tenetur, & si loquamur in foro exteriori, etiam ex leuissima sua culpa ad illud tenetur, si verò loquamur in eo interiori, tunc Aduocatus ex leui, & leuissima non tenetur, sed solum ex dolo, & lata culpa, quæ ipsi dolo æquiparatur, ibi nu. 80.

Et ratio est, quia officium Aduocati est in gratiam, & bonum non sui, sed alterius, & ideò iuxta leges non tenetur, nisi de lata culpa ibidem.

Et in agitandis causis debet esse strenuus, quia plerumque Ius palmarij in multiloquio consistit, licèt etiam sæpè illud prudentissimos stomacari soleat, ibi nu. 81.

Quod tamen declara esse verum apud debiles Iudices, sed non apud illos, qui intrepidi sunt, ibidem.

Et imperitus facit litem suam, cum turpissimum sit ignorare ius, in quo quis quotidie versatur, ibi nu. 82.

Immò tenetur parti læsæ ad omnia damna, & interesse, ibi nu. 83.

Extende, quòd etiam peccat, ibi n. 85.

Item offerens se auxiliatorè parti causam minus iustam fouenti, ad interesse tenetur, concl. 60. num. 83.

Et ex zelo suæ conscientiæ semper in causis dubijs concordiam tractare debet, conclus. 60. num. 86.

Non potest pacisci de salario, seu de quota litis; secus verò si fiat pactum de aliqua re, de qua lis non extet, ibi nu. 87.

Extende primo, vt ibidem.

Extende secundo, vt ibidem.

Et pœna pacti super quota litis, vel alia re particulari, est priuatio patrocinij, nec talis pœna pecuniaria granari debet, vt cumulatio pœnarum tollatur, & præsertim, quando pœna ordinaria, cum extraordinaria, quæ insimul non concurrunt, ad vindictam tenderent, & ob id satis est, vt illa tantùm priuationis officij patrocinij puniatur, ibi num. 88.

Contrarium tamen erit in conscientia, vt ibi num. 89.

Extende tertio, vt ibi nu. 91.

Neque potest in medio litis de salario conuenire, sed solum ante, vel post finitã litem, ibi n. 90.

Contrarium ibi nu. 90.

Et quomodo illud petatur, vide ibi dicto nu. 90. in fine.

Sed ad euitandum pactum quotæ litis debet conuenire certam summam, sibi dandam à Clientulo pro sumptibus, & expensis fiendis in lite, quia tunc, nedum illud ei legitimè debebitur, si causa per sententiam finietur, immò etiam si per concordiam, & amicabilem compromissionem, & hæc est optima cautela ad illud pactum euitandum, concl. 60 nu. 91.

Item se abstinere debet à promissione Victoriæ tamquàm ab igne, quia dubius est litis euentus, ibi nu. 92.

Sed si certò sciat defendere iustam causam, tunc ei licebit (vt victoriam reportet suus clientulus) aduersarium decipere; secus autem, si tractu temporis eam iniustam esse apparebit, quia tunc illam dimittere tenetur, conclus. 60. num. 90.

Et quando gerit officium quoque Procuratoris, an duplex salarium consequi valeat, vide in conclus. 60. nu. 93.

Quãdo cogi possit ad præstandum patrocinium, vide in concl. 60. nu. 95. & seqq.

Si aliquem defendere recuset, & Iudici, ita iubenti non obediat; tunc ille eidem patrocinium interdicere poterit, concl. 60. nu. 97.

Extende quòd si forsam contreuenerit, tunc de Matricula delebitur, ibidem.

Peccat si scienter à paupere pecuniam receperit, nam illi gratis patrocinari tenetur, & ratio est (iuxta dictum Diui Gregorij) quia ille saluari non potest, qui abscondit talentum Domini sui, concl. 60. nu. 98.

Extende, quòd immò Aduocatus id negans punitur, si aliquam iustam excusationem non habeat, ibidem.

Extende idem pari modo procedere, quando Reipublicæ, Patriæ, & similibus patrocinium præstare negabit: ibidem infine.

Et tunc Aduocatus mandato Iudicis contrauenire dicitur, tàm si consulat in scriptis, quàm etiam in Camera, & in voce, quando tamen idem effectus in scriptis, quàm in voce resultaret, & id eò magis procederet, si in prohibitione fuisset dictum directè, vel indirectè, siue publicè, vel priuatim, ibidem

Fallit tamen, quando idem effectus non resultaret, quia regulariter prohibitus Aduocare, non censetur prohibitus in Camera consulere ibi nu. 110.

Aduocationis munus, quando Cardinales exercere valeat, vide in Verbo Cardinales, in conclus. 60. n. 100. & sub n. 101. vbi assignatur ratio.

Et

Ex-

Fallit

Ex-

tem

benda meliori conditione in nubendo, vel indebitè contrahendo, pinguius patrimonium in dicto Libro æstimi describendum affectant, ibi nu.20.

Contrarium habetur, ibi n. 21.

Sed primam opinionem tenet Auctor, tam ob rationem prædictam, quàm etiam, quia aliqui affectant minus patrimonium describi, vt collectæ ab eis minus rigorosè soluantur, ibidem.

Sed ille Liber non probat Ciuilitatem, etiam si in eo fieret distinctio inter Ciues, & forenses, quia est factus ad effectum onera, & gabellas exigendi, ibi nu.22.

Item non benè probat, quando non est benè custoditus apud publicos Officiales, ad id deputatos, cum alijs requisitis, vt in concl.71. n.23.

Æstimum tenetur soluere venditor, si non curet bona vendita adnotari sub nomine emptoris, licèt postea contra emptorem soluti repetitio detur, ibi nu.26.

ÆTAS dicitur esse quoddam substantiale in homine, secundum quam quis prędicatur scire, & alia facere. concl. 72. n. 1.

Sed ab antiquis variè, distinguebatur, ibidem.

Et secundam Hippocratem diuiditur in septem gradus, vltra infantiam, pueritiam, pubertatem, iuuentutem, virilitatem, senectutem, & decrepitatem, vide ibidem eodem.

Perfecta de iure cōmuni est annorū 25. ibi n.2.

De iure autem Regni Neapolis est 14. annorum in feudatario, siue sit masculus, siue fœmina, ibidem.

Ætatis probatio sæpè est difficilis, & ideò etiam coniecturis probari potest, conclus. 72. nu.3.

Et talis probatio fieri debet cum causæ cognitione; aliàs in multis causis præiudiciūm produci posset, ibidem.

Illa Filiorum probatur ex libro Patris, præsertim defuncti, cum alijs adminiculis, & eò magis, quando Pater esset vir clarissimus, & integrę opinionis, & famæ, ibi nu. 4.

Extende duobus modis, vt ibi nu.5. 6. & 7. vbi ratio assignatur.

Et semper facilius probatur, si de dissoluendo matrimonio spirituali non agatur, quia tunc strictius proceditur, nec eo casu leuiores probationes sufficerent, ibi n.8.

Item probatur ex fide baptismi, ibi nu. 9.

Extende, quòd etiam ex ea fide probatur descēdentia, & similia, si adminicula concurrant, ibi num. 10.

Declara duobus modis, vt ibi nu.11. & seqq. & ibi ratio assignatur.

Subdeclara tamen, ibi n.14.

Ætas ex aspectu probatur, ibi nu.17.

Declara tamen id esse verum, sed detractis semper decem annis, ibi nu.18.

Extende, vt ibi nu.19.

Item probatur ex publico Instrumento, in quo illa enuntiaretur, ibi nu.20.

Et ætas minor est probanda ab eo, qui illam allegat, concl.86. nu.255.

Sed potest probari per dationem Curatoris, concl.72. n.21. Intellige, vt in concl.86. n.255.

Illa Puppillaris probatur ex deputatione Tutoris, concl.72. n. 22.

Extende, vt ibi nu.23.

Ætatis minoris probatio de vno tempore non concludit de alio, cum simus in his, quæ tractu temporis mutari solent, concl.72. n. 24. & ibi datur exemplum.

Et ideò sententia lata super ætate in vno Iudicio probat etiam in alio, respectu illius ætatis de tempore, quo lata fuit; at secùs si de altero agatur, ibi nu.25.

Contrarium, quòd scilicet per dationem Tutoris, vel Curatoris non probetur ætas, habetur ibi nu. 26.

Concorda, vt ibi nu.27. & 28.

Benè probatur per testes dicentes, se fuisse præsentes natiuitati, etiam quòd postea interrogati annum Domini ignorarent, quia non ob id cēsentur ignorare dinumerationem temporis, ibi nu.29. & 31.

Fallit duobus modis, vt ibi n.30. & seqq.

Etiam per famam probatur, & per testes de auditu, præsertim quando de contractu annullando non ageretur, quia tunc probatio deberet esse magis concludens, ibi nu.31. & 32.

Sed illa probatio, quæ fit per famam differt ab ea, quæ fit ex aspectu, ibi nu.31.

Item probatur per testes deponentes de iudicio suo, si rationem concludentem per sensum corporis reddant, ibidem.

Et dicta probatio totaliter perfici potest, si concurrat testificatio Patris, cum iuramento, maximè quando Pater esset vir clarus, & bonæ qualitatis, & famæ, ibi n.33.

Et illa Filij probatur per assertionē Matris, sed non sufficienter, ibi nu. 34. & 35.

Ætas minor probatur, ex assertione Iudicis aliquā Pupillam nuncupantis, dum ei Curatorem deputat ad ipsiusmet Pupillæ instantiam, ibi n.36.

Limita tamen, quòd hæc assertio Iudicis sine adminiculo non sufficiat, ibi nu.37.

Ætatis cognitio Arbitrio Iudicis est remittenda, ibi nu.38.

Item minor probatur, quando quis iuramento, se maiorē dixit, sed postea fuit detectus minor, & tunc si in illo contractu minor agebat de lucro captando nō restituitur in integrū, ibi n.39

Et ratio est, quia nemo aduersus proprium dolum est audiendus, ibidem.

Secus autem, quando ageret de damno euitando, quia tunc nō excluderetur à beneficio restitutionis in integrum, absq; quòd iuramentum obstet, ibi nu. 40. & ibi ratio assignatur.

Sed maior præsumitur de tempore contractus, nisi contrarium appareat; ideò allegans minorem ætatem, eam probare tenetur, ibi n.42.

Ætas ingrauescens, si narretur in supplicatione coadiutorię debet verificari in anno 68. nisi concurrat etiam infirmitas, quia tunc verificaretur in annis 60. ibi n. 43. & ibi ratio assignatur.

Et ætas ingrauescens, & morbus à pari procedunt, ibi nu.43.

Et

Sed contrahitur inter virum, & consanguineos vxoris, & inter vxorem, & consanguineos viri, concl. 76. n. 2.

Et est vinculum causatum ex carnis copula consanguineorum, ibidem.

Vndè affines sunt viri, & vxoris Cognati dicti ab eo, quòd duę Cognationes, quę diuersę inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius Cognationis finem accedit, ibidem.

Et affinitas fit per coniunctionem ordinatam à Deo, consanguinitas verò fit per carnis propagationem, ibidem.

Affines non dicuntur vir, & vxor, sed affinitatis principium, ibidem.

Sed non contrahitur per coitum sodomiticum, ibi nu. 3.

Item non contrahitur, si quis cognouit puellā, & claustrum pudoris intrauit, sed semen non emisit, ibi nu. 4.

Extende idem procedere, si vir emisit seme n, sed non mulier, ibi nu. 5.

Sed, vt contrahatur opus est, vt vir, & mulier simul semen emitant, ibidem.

Contrarium tenent alij, ibi nu. 6.

Dissoluitur per mortem vnius ex coniugibus, concl. 76. nu. 7. & concl. 149. sub n. 17.

Extende, quòd etiam si remanserint filij; nihilominus morte affinitas dissoluta censetur, quoad omnes effectus, excepto tamen impedimento matrimonij, ibi n. 8.

Contrarium, vt ibi nu. 9.

Et soluta cessat quoq; priuilegium venię petēdę intuitu affinitatis introductum, ibi nu. 8.

Et respectus illius operatur, vt actus censeatur factus contemplatione affinis, ibi n. 9.

Illa potest probari per Instrumētum, in quo quis dat alicui dotem, tamquàm affini, ibi n. 9.

Et illius qualitas adeò astringit, vt propterea quis ratione illius possit, vsquè ad quartum gradum iurari suspectus, ibi n. 10.

Imnò talis suspicio non cessaret, si affinitas per mortem alicuius dissolueretur, & presertim, quando effectus illius suspicionis iam fuisset cōsumatus ibid. & concl. 128. n. 645. & 646.

Et vt repellat aliquem, vti suspectum à testimonio, seu admittat eum ad agendum sine mandato, debet esse de linea ascendentium, vel descendentium, nec sufficeret eum esse per lineam transuersalem, ibi n. 11. & 19.

Affines in gradu remoto ad testificandum admittuntur, & presertim, quando essent contestes, concl. 76. sub n. 11.

Affinis potest admitti, ad testificandum in causa matrimonij, vel quando tractatur de probanda consanguinitate, ibi n. 12.

Contrarium vt ibi n. 13. & ibid. ratio assignatur.

Concorda, vt ibi nu. 14. remissiuè.

Affinitatę dissoluta, affinis est idoneus testis, concl. 76. n. 11.

Sed ea regulariter probari debet per gradus distinctos, & specificatos, cum redditione sufficientis causę, quia ea in sensum Corporis non cadit, concl. 76. nu. 15.

Et de quo tēpore sit probanda in ijs, qui vti affines interuenire debent, ex forma statuti in cōtractibus mulierum, & minorum, vide concl. 85. sub n. 63.

Et illius presumptio oritur ex actibus indicantibus copulā carnalem ad prolis susceptionem, quę difficile recipit probationem in contrariū, nisi in foro conscientię, ibi n. 16.

Item illius scientia non presumitur inter absentes, ibi nu. 17.

Sed illius scientia inter sponsos, vel consanguineos quomodo probetur, vide in conclus. 76. nu. 17. remissiuè.

Et illa spiritualis est maior, quàm carnalis, conclus. 89. nu. 55.

Et quando non ignoratur, tunc affines presumuntur scire iura sanguinis, & veritatem, ibi nu. 18.

Et illam si quis neget, tunc ea per errorem, & ignorantiam, non autem animo fallendi negata presumitur, ibi n. 19.

Afflictio non est addenda afflicto, concl. 42. n. 79. & 200.

Affixa parieti, vti pars domus, veniunt in vēditione illius, concl. 127. nu. 18.

Affrancatio an requirat easdē solemnitates, quas requirit alienatio rei Ecclesiæ, vide concl. 85. num. 98.

AGER habetur loco vnius fundi, qui ijsdem regionibus circum scribitur, & eodem nomine nuncupatur, concl. 77. n. 1.

Vndè si totus à flumine corradatur, & postea iterum flumen ad antiquum alueum reuertatur relicto loco, vbi aderat ille locus corrasus, tūc de ęquitate locus relictus debet esse illius, cuius erat prius ager, sed de rigore debet esse illorum, qui predia vicina, & cohęrentia habent, concl. 77. n. 6.

Agri vicinorum viæ publicæ capi possunt soluto tamen pretio honesto, si via publica fit deperdita causa inundationis, vel necessitate publica, vt puta pro faciendis fossis publicis, ibi n. 7.

Ager sterilis ad tempus locatus, si ex diligentia conductoris fertilis efficiatur, locatio fit perpetua, & conductor facit fructus melioramentorum suos, ibi n. 8.

Et sic non poterit in futurum vicinus amplius illud ingredi, & Domino inuito depascere, ibi num. 9.

AGERE nemo potest sine interesse, & actione concl. 78. n. 1. & concl. 135. n. 4.

Agere volens in beneficialibus in vim mandati, ab Auditore Cameræ concessi, non est audiendus, quia cùm Auditor Camerę nullam Iurisdictionem in beneficialibus habeat; nimirum si ex dicto mādato vllū ius deceri non possit, ibi n. 2.

Extende primò, quòd nec etiam in vim prorogationis partium processus valeat corā Auditore Camerę in beneficialibus factus, quia vbi nulla est Iurisdictio, prorrogationi non est locus, ibi nu. 3.

Extende secūdò id procedere, nedum si essemus in petitorio, verum etiā in possessorio, ibi n. 4.

re,

Et

Et

Index Conclusionum,

Et

quia

minus

Declara

Declara id procedere; dummodo alimentarius eam cautionem præstare possit, sin minus dicta executio sine ea fieri debet, concl. 89. num. 22.
Contrarium, quòd scilicèt ea cautio non sit danda, vide ibi n.23.
Et quòd non sint restituenda, nec ea præstans in creditum computare possit, vide ibidem.
Alimenta, & sumptus litis actori imputantur cum fructibus perceptis, si sententiam obtineat, ibi num. 24.
Et ea præsentia, & futura dicuntur à die motæ litis, & super eis appellatio non datur. Præterita verò sunt iam ante litem motam decursa, pto quibus appellatio admittitur, conclus. 89. num.25.
Et ad hoc, vt cognoscatur, an sint præsentia, & futura, vel præterita, tempus petitionis, non autem sententiæ est attendendum, concl. 89. num.26.
Post litem motam omnino debentur, absquè quòd pro eis fuerit æs alienum contractum, ibi nu.27.
Illorum de futuro causa est adeò fauorabilis, vt ad ea petenda dies festiui, non attendantur, ibi n.28.
Peti possunt, etiam coram Iudice seculari, ibi num.28.
Et illa taxare, quando possit Iudex laicus pendente causa coram Iudice Ecclesiastico, vide concl.142. n.62. & 63.
Alendi onus, etiam ad hæredem hæredis transit, maximè, quando testator super illis perfectam dispositionem fecerit, quia tunc præsumeretur legatum esse perpetuum, concl.89. n. n.20.
Extende, vt ibi n.30. & ibi ratio assignatur.
Contrarium, ibi n.31.
Concorda, vt ibi n.32.
Alimenta, si mandauit testator, vt alicui dentur in vita hæredis; nihilominus legatario debentur eius vita durante, etiam si hæres ei prædecedar, & eo casu onus alendi ad hæredem hæredis transibit, concl. 89. num. 33. & ibi ratio assignatur.
Et debentur Vxori, etiam mortuis Filijs, licèt in legato ei facto adessent illa verba, si cum liberis moraretur, quia ea non sunt apposita ad inducendam conditionem, sed ad demonstrandum testatoris desiderium, ibi nu.34.
Et eorum occasione potest hæres conueniri etiam intra tempus conficiendi Inuentarium, ibi num.35.
Et pro illis datur actio personalis, etiam contra tertium, ibidem.
Et adeò sunt necessaria, & amica naturæ, vt ob id Filijs, etiam illegitimis, & spurijs præstanda veniant, conclus. 89. num. 36. & ibi ratio assignatur.
Declara, vt ibi n.37. & vide in Verbo Filius.
Et sunt præstanda per modum prouisionis, licèt leuiter sit probata filiatio; donec lis super ipsa filiatione terminetur, ibi n.38.
Illa cogitur Pater præstare Filio existenti in quasi Possessione illa exigendi, si neget eum esse talem, etiam nulla præmissa summaria causæ cognitione; secùs verò si non sit in ea quasi possessione, quia tunc eum esse talem saltem summariè probare tenetur, ibi n.39.
Et solet illa decernere Rota, absq; plenis probationibus, ibi n.40.
Si per triennium continuum fuerint Filio præstita, sine dubio etiam in futurum sunt præstanda, ibi num. 41.
Etiam in prima instantia sunt præstanda filiæ, vel Nepti agenti ad bona Patris, vel Aui, concl.89. num. 42.
Alimenta partui præstare tenetur mulier innupta, quando non probaret eum esse alicuius certæ personæ, ibi n.45.
Alendi Filios onus transit quoque ad Fiscum, veluti ad hæredes, quorum loco ipse succedit, ibi num.46.
Alere Filios etiam spurios tenetur Fiscus, etiam si confiscatio esse facta, ex crimine lesæ Maestatis humanæ, ibi n. 47.
Alimentorum causa, quando bona sunt confiscata non datur Filis retentio bonorum Patris, sed ea sunt capienda de manu Fisci, qui dicitur hæres anomalus, ibi n. 48.
Et illa, atq; dotes debitę Filijs à Fisco incipiunt deberi à die confiscationis, non autem à die mortis naturalis Patris, ibidem.
Sunt etiam præstanda Filijs delinquentis per Fiscum, etiam in crimine hæresis, & sic læsæ Maestatis Diuinæ, quod delictum est longè grauius eo lęsę Maestatis humanæ, ibi n.49.
Extende etiam illa deberi Filijs hæreticorum; dummodo tamen ipsi sint Catolici, concl. 89. num.50.
Et illis veniunt concedenda dicta alimenta, quia cum illi viuere permittantur, per consequens ea ipsis sunt debita, cum sine illis viuere non possint, ibi n.51.
Extende, quòd etiam debeantur Filijs illegitimis Clericorum, non obstante Bulla Pij Quinti, conclus. 89. num. 33. & ibi rationes assignantur.
Eorum præstatio est fundata super ratione naturali, quæ cum cesset in adoptiuis, obid eis alimenta non debentur, conclus. 89. num. 54.
Alimenta adoptiuis Filijs non debentur, concl. 89. num.54.
Contrarium, ibi n.55. vbi ratio assignatur.
Debentur etiam per Patrem spiritualem Filio spirituali, concl. 89. num.56. & ibi ratio assignatur.
Contrarium tamen seruari testatur Auctor, ibi num. 57.
Concorda, vt ibi nu.58.
Alimentandi onus transit in quemcumquè successorem, vt puta, cessionarium, & similem quia bona semper transeunt cum sua causa, & onere, ibi nn.59.
Extende id procedere, vt ibi n.60.
Alere non solùm tenetur in vita Pater Filios naturales

ab

pro-

 Con-

Ad

Index Conclusionum,

Illius

Sed

Sed quando in totum, & ex obrupto mutatur, dicitur facere uti Tirannus, & sine causæ cognitione, & eo casu non dicitur constitui conſine ex nouo alueo, ſed benè constitueretur, ſi id more alluuionis fieret, concl 98. ſub n.22.
Illius mutatio fieri non poteſt, niſi ſuadēte magna cauſa vtilitatis, vel alia neceſſitate publica vrgente, ibi n.23.
Mutari poteſt, quando quis enorme damnum pateretur, muniendo aggeres, & deſenſiones Ripę, & tunc illa deuerſio alibi, quàm pręcedenti aſtatę fluebát, fieri poteſt, ibi n.24.
Et magis in æſtate, quàm in hieme conſiderari poteſt, quia in hieme aqua creſcit, cum non ſit permanens, ibi n.25.
Et ſi vt conſideretur, an ſit derelictus, nec ne, id in hieme conſiderari debet, concl. 98. n. 26.
AMARE magis ſolemus eas res, quas cum duriori labore acquirimus, concl. 195. nu. 8. & concl. 107 n.16.
AMBASCIATORES illi dicuntur, qui pro eorum Principe, vel ſua Republica ambaſciatas alteri Principi exponunt, concluſ. 99. num. 1.
Et quo modo in exponendo eorum ambaſciatā ſe gerere debeant, vide ibi n. 4.
Regulariter probantur tales, per viam literarum, licèt etiam ſine literis, quando perſona ſit nobilis, ibi n. 1.
Et illi, ſeu legati non poſſunt eorum Officio durante ea facere, per quæ ab eorum exercitio, aliquo modo impediri, vel diuerti poſſent, & ſi ſecus ab eis fiat, pœna ſunt afficiendi, concl. 99. num. 2.
Debent eſſe grati Principi, & ab eodem dilecti, ibi nu. 3.
Litigare, & libellum conuentionale dare prohibentur, ibi n. 4.
Et etiam pro amico conſulere non poſſunt, ſi tamen id auiditate pecuniæ fiat, aliàs ſecus, ibi num. 5.
Extende prædicta multò magis procedere, ſi extaret ſtatutum, vt eſt Ianuæ, quod nullus Rector, Officialis, Poteſtas, & Conſul poſſint premium, ſiue gratiam accipere, concluſ. 99. num. 6.
Contrarium tamen habetur, ibi n. 7.
Concorda, vt ibidem.
Eorum Officio durante, poſſunt hæreditatem ſibi delatam adire, concl. 99. nu. 8. & ibi ratio aſſignatur.
Non prohibentur eorum Officio durante, ſupplicare Principi, vt aliquam gratiam obtineant, ibi n. 10.
Non prohibentur ſibi à Principe donata acquirere; dummodo tamen eorum contemplatione, non autem ſui Principis donata fuerint, quia tunc nō eorum Principi, ſed ſibi acquiſita cenſentur, ibi n. 11.
Illis, non autem eorum Principes in dubio contemplati cenſentur, & propterea ſibi, & non Principi donata acquirunt, concl. 99. num. 12.
Extende id multò magis procedere, quādo rerum donatarum valor potius adæquetur qualitati Ambaſciatoris, quàm illi Principis; veluti ſi donentur veſtes, vel pecunia, vel quid ſimile, concl. 99. n 13. & ibi, ac n. ſeq. ratio aſſignatur.
Habent ius reuocandi domum, ita vt in loco, vbi ſunt Ambaſciatores conueniri non poſſint, ibi nu. 17.
Non poſſunt cogi ad conteſtandam litem, nec ad iurandum, ibi n. 18.
Declara tamen, quòd poſſunt cogi ad conſtituendum in loco Ambaſciatæ vnum Procuratorem, qui tamen non poteſt conueniri, niſi poſtquàm Ambaſciator ad eius Patriam fuerit reuerſus, ibidem.
Eorum Priuilegium, licèt poſt expletam ambaſciatam amplius non duret; nihilominus illis, ac eius famulis non denegatur beneficium, ne conueniantur, etiam in reditu, concluſ. 99. num. 19.
Contrarium, ibi nu. 20.
Eorum Priuilegia extēduntur, etiā ad res, quas illi, ac eorum famuli vehunt, vt ſunt equi, veſtes, & alia neceſſaria, nō autem ad alias res, concl. 99. num. 25.
Reſtringe tamen non procedere in contractibus tempore legationis celebratis, quia dum ibi cōtrahunt, Priuilegium amittunt, vndè pro illis conueniri poſſunt, ibi n. 26.
Illi, & legati debent eſſe ſecuri eundo, ſtando, & redeūdo pro ambaſciata, & contra eos, nec repreſaliæ, neque executiones fieri poſſunt, etiam ſub prætextu, quòd eſſent ex Principe, ſiue ex Populo inimico, concl. 99. n. 27. & nu. 28. ratio aſſignatur.
Ambaſciator ſi fuerit derobatus, dum in Ambaſciata extat, eidem omnia damna reſtituenda veniunt, ibi n. 29.
AMBIGVITAS alicuius actus declaratur, ex his, quę fuerunt dicta in contractu, concl. 48. n. 37.
Ambiguum, quando aliquid dicatur, vide concl. 48. num. 37.
AMICITIA eſt mens eadem in duobus pluribus vè interſe inuicem ad aliquod obeundum, concl. 100. n. 1.
Nihil maius amicitia, nihilquè iucundius inter omnes res, quas ad beatè viuendum ſapientia comparauit, ibidem.
Et ea eſt, aut propter bonum dellectabile, aut propter vtile, aut propter honeſtum, concl. 100. nu. 2.
Ea propter bonum vtile in ſenibus fieri videtur, qui non, quod eſt delectabile, ſed tātum, quod eſt vtile curant, ibidem.
Illa propter bonum delectabile fit inter iuuenes, qui non, quod eſt vtile, ſed quod eſt delectabile curant, iuxtà illud Trahit ſua quemq; voluptas, vt ibidem.
Ea bonorum honeſtorum permanens, ac ſtabilis eſt; cęterę verò fragiles, ibi ſub n. 2.
Amicos plures debet ſibi facere vir bonus, vel ſaltem nullos facere inimicos, ibi n. 3.

Potest.

An-

Con-

M Item

An-

Se-

Immò

Ad-

Item

Ap-

Subex.

Con-

Et

Te-

Con-

Ar-

Sed

In-

Index Conclusionum,

uum

Si

Et

Ar-

Olati

In-

De-

Secus

AS.

Est

CA-

CA-

longum

Fallit

ad-

T Pręs

Su-

Priui-

COM-

Illud

Com-

Et Materiarum.

Si

De-

Item

Con-

Ea

Iura-

Ex-

Dar-

Illa

Illa

Ex.

Si

Tom. I

Index Concluſionum,

Poteſt

Si

E

Illius

Et

Index Conclusionum,

Dicitur

In-

Et

ob-

Index Conclusionum,

Fallit

Illo

Fallit

Illas

quòd

Quando

In

concl.

H

Se

Ipso

HO-

Quando

De-

pore

Re-

In-

Domo

Et

Pro-

Index Conclusionum,

Item

illi

M

Fallit

Ex-

Item

Fallit

Siue

Ex

Illa

O

vide

ORA-

P

Illud

Li-

Pars

Con-

con-

PE-

Arbi-

Finut,

Alie-

Eius

Secun-

Amba-

Pu-

Q

Quin-

Rei

Et

Quo-

Con-

Index Conclusionum ,

concl.

Libel-

In-

Et

In

appel-

Fallit,

con-

Si

non

Idem

TA-

Possessor

Tollere

Non

V

Index Conclusionum,

tis

Nequè

VL-

An

Quando

FINIS.



